

X No. 321. Cod. pers. chart. orient. foll. 175, 8°, char. tha'liq scriptus: *Kithābi-Nel we-Demen*, poëma de amoribus Neli et Demenae, auctore *Feidhī*, vel, ut hic constanter se ipse appellat, *Fejjādhi* (de quo vid. Ill. de Hammer in Geschichte der schönen Redekünste Persiens, sub finem). Constat, poëma cum ipsis personarum nominibus expressum esse ex indico illo *Nala et Damajanti*. In titulo qui lateri exteriori codicis agglutinatus est, poëta nomine vulgato *Feidhī* appellatur, et *Munschū-Akbar-Pādischāh* fuisse dicitur, cujus regis laudes in prolegomenis celebrantur. — Fol. 169 v. inf. *Feidhī* ait, se hoc poëma composuisse anno 39 ab inauguratione Akbari, A. H. 1003 (Chr. 1594—5); id quod confirmatur loco alio, f. 170 v., ubi se natum dicit A. H. 954, seque nunc annum aetatis 49 agere. Ibidem de vita sua et de gloria, quam poëseos studio consecutus sit, exponit.

X — 322. Cod. arab. foll. 132, 8°, char. neschi scriptus, e cujus initio unum duove folia exciderunt, *Psalmos Davidicos* continens. Versio est ea quae in Bibliis polyglottis et apud nos in Cod. 211 exstat, quamquam lectione sat multis in locis variante. Folia, a bibliopega misere turbata, quo ordine legenda sint, tabula docebit quam in limine libri posuimus.

E. S. Orient
 — 323. Cod. arab. foll. 307, 8° maj., char. neschi cum vocall., *Coranum* continens. Prima duo folia splendide picta et deaurata sunt. In margine passim exstant lectiones variantes, et finem facit *Duā-chahm-el-qorān*, precatio Corano perlecto subjungenda.

X — 324. Cod. chart. orient. foll. 267, 12°, char. neschi minori cum vocall., item *Coranum* continens.

X — 325. Cod. turcico-arab. foll. 82, 12°, char. neschi, in arabicis vocales adjectas habens, in fine mutilus. Exciderunt praeterea nonnulla inter f. 80 et 81. Continet Sur. 6, deinde, a f. 45 r., preces arabicas cum prolegomenis turcicis.

X — 326. Cod. arabico-turc. foll. 177, 8° min., char. neschi cum vocall., ab initio truncus: 1) f. 1

r. — 27 r. Institutio ad preces faciendas, turcice. 2) f. 28 v. — 170 v. Institutio popularis de religione Muhammedana, quae f. 28 r. — 72 r. formam catecheticae habet; hinc usque ad finem de purificationibus, precibus et jejuniis. Finem faciunt duae preces, turcica et arabica.

X No. 327. Cod. arabico-turc. foll. 100, 8° min., maximam partem char. neschi cum vocall. scriptus: 1) f. 1 v. — 10 r. Sur. 6. 2) f. 11 v. — 12 v. Sigillum Prophetae cum explicatione turcica. 3) f. 13 r. — 21 v. Narratio turcica de fure quodam, qui, quamquam a Muhammede diris devotus esset, tamen mira preces cujusdam aliarumque caerimoniarum efficacia felicitatem aeternam adeptus sit. Script. A. H. 997 (Chr. 1588—9). 4) f. 22 r. — 100 r. Preces, magica, averruncatoria; praeter foll. 45—60, quae aliunde inserta sunt et particulas aliquot coranicas continent.

X — 328. Cod. arabico-turc. foll. 132, 12°, char. neschi rudi cum vocall. scriptus, continens preces et coranica.

X — 329. Cod. arabico-turc. foll. 53, 8° maj., cujus prima pars char. neschi cum vocall. scripta est, sequentes char. nestha'liq sine vocalibus: 1) f. 1 v. — 21 v. *Mustafa Ibn-Mu'hammedis* brevis institutio de quatuor libris sacris, Pentateucho, Psalterio, Evangelio et Corano, *El-matālib el-ālijeh* inscripta et summis consiliariis Solimani I dedicata, arab. Auctor testatur se eam scripsisse Constantinopoli A. H. 972 (Chr. 1564—5). 2) f. 22 v. — 27 v. Poëma turcicum, auctore *Hamdi*, de indole humana e toto corporis habitu cognoscenda. 3) f. 28 r. — 32 r. Versiculi morales, pers. et turc. 4) f. 32 v. — 40 r. *Sa'dii* Kasida turcica de ratione precandi moslemica ejusque causis, qua ad quaestiones ab Asceta quodam propositas respondetur. Scripta est a poëta regnante Sultano Murado III, A. H. 994 (Chr. 1586). 5) f. 40 v. — 44 r. Quatuor et quadraginta traditiones propheticae, binis distichis turcice redditae. 6) f. 44 v. — 53 v. Centum traditiones propheticae eadem ratione turcice versae A. H. 960